

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro, &c. N.N. [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

ve animi scriptam boni consulas. Bene uale, Anno 1547, die 27 Aprilis, quo Nohe' egressus est ex arca, ante annos 3530. Vidit Ecclesiam mirādo modo seruatam esse: quam ut nunc quoq; seruet Deus in magnis periculis fluctuam, & nos ardentibus uotis oremus. Et sicut ille senex nauclerus sue familie optima fide tradidit: ita nos quoq; literas & Euangelium ad posteritatem transmittamus. Iterum uale,

Clarissimo uiro, &c. N. N. *συμφιλότητω*, amico & fratri suo charissimo,  
S. D.

Gratum mihi fecit Syluester, quod cum Ioachimus Philyra discessisset, cum apud Ascanium quaesivit. Attulit autem & à Ioachimo & à N. literas, quarum utraq; nihil nisi querelas continent, ἡ τῆς ἡ ἀκαρῶν περιπέτῃς. Sed tamē lenit dolorem, illa inter amicos quasi laxatio animi. Rescribam Ioachimo, eumq; hortabor, ut animum à summo dolore abducatur. Primum, quia Deus non uult nos indolge re mœsticiæ, sed in expectatione cœlestis auxilij aliquantulum acquiescere: & discere, non omnia regi humanis consilijs. Deinde, si querimus τὰ λόγων, nobis plus periculi est. Nam et alter dux adducet peregrinas gentes: et noster, ut in pace, ita & nunc quoque, negligit μετρίότητά. Sed hæc coram. Bene uale. De mea uxore scribas, quando redi-

tira

P. Ober.  
II. 146.

tura sit. Iterum uale. Salutem opto Casparo Crucigero, cui & Ioachimi literas ostendito.

Principi cuidam iuueni. *Gril. Landgravius.*

*III, 54.*

Illustrissime Princeps. Gratiam tibi habeo, quod ad me tam amanter scripsisti. Mihi enim nihil optatius est beneuolentia mei Principis, cui precipue et debeo & cupio omnia uite meae consilia et omnes actiones probari. Tibi quoque honestum est, et suspicere subditorum mores, & delectum habere, ut uites eos quorum consuetudo tibi dedecori esse possit, ut in ueteri uersu dictum est:

Principis est uirtus maxima, nosse suos.

Erunt autem literae apud me tuae, tanquam beneuolentiae erga me tuae pignus. Ac uicissim omnibus ingenij neruis, & omni animi cōtentione perficiā, Deo uolente, ut bonis moribus & uirtute fauorem tuum & aliorum honestorum hominum tuear. Horitarer autem te ad literarum studia, et ad uirtutem, si mea etas plus autoritatis haberet. Sed habes domesticos monitores tui officij. Primum autē ac precipue patrem tuum, qui propter ingenij praestantiam ac sapientiam, auctoritatem habet apud omnes reges; & patrem ac uirum grauitate ac moderatione animi praecipua praeditum, Philippum Reitel: & praefectores tuos, quos pater tibi propter prudentiam & fidem adiunxit. Hi sciunt, bonum